

ANNO 1744. Aliter iudicari, & interpretari...

ANNO 1744. Aliter iudicari, & interpretari... Non obstantibus premissis, & quatenus opus sit...

ANNO 1744. Aliter iudicari, & interpretari... Quia vero difficile foret, Literas huiusmodi...

ANNO 1744. Aliter iudicari, & interpretari... Insuper volumus & expresse mandamus, ut eadem presentes Literas...

ANNO 1744. Aliter iudicari, & interpretari... Et nihilominus, quocumque modo earumdem...

hujusmodi publicationem, omnes & singulos, quos concernant, seu concernent in futurum...

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. J. B. Eugenius.

Loco + Plumbi. Registrata in Secretaria Brevium. Publice die 7. Octobris ejusdem Anni.

APPROBATIO

CVIII.

Cultus ab immemorabili tempore exhibiti P. Nicolao Albergati S. R. E. Cardinalis, & Episcopo Bononiae, ex Ordine Carthusianorum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUONIAM ita comparatum est, ut ea, quae alias accuratissime expensa, & concordatis cum viro...

BENEDICTUS PAPA XIV.

1. Singulare Divina providentia consilium esse videtur, quod Nobis reservaverit initium, & progressum...

2. Cum in minoribus Promotorem Fidei ageremus, Canonizationis ejus causam inducere tentavimus...

3. Decretis itaque Urbani VIII. Praedecessoris nostri inherendo, subici debet examini observantia eorumdem...

PONT. A. V. Albergati toto tempore, quod Urbani VIII. Decretis exigunt: praeterquam Jacobum Boncompagni Cardinalem...

4. Nos, ut Sanctissimae fama ejusdem Beati Viri illustrior fieret, ut publici ejus cultus fundamenta magis stabiliretur...

5. His omnibus comparatis, cum in Congregatione Rituum ordinaria proponendum esset Dubium de observantia...

6. Primo, evulgato hoc Decreto, nolimus ingenitum publicae letitiae significationem dari, eo modo, quo in Canonizatione alieujus Beati fieri solet...

7. Secundo, praeter titulum Beati, quem de Jure Imagines possidet, a privatis primo illi attributum, nunc vero a Beati nominis Sanctae Sede comprobatum...

Carthusianos fuisse delatum, ubi ad hunc usque diavolus quiescit: Cum illud Senis Florantiam comitatus fuisset...

6. Mentem autem nostram minime avertimus; sed sententiam aliorum exquisitis, ingenti animi nostri gaudio...

7. Audivimus haec omnia singulari animi nostri letitia, & in omnibus unanimis, praedictorum Cardinalium...

8. Primo, evulgato hoc Decreto, nolimus ingenitum publicae letitiae significationem dari, eo modo, quo in Canonizatione alieujus Beati fieri solet...

9. Secundo, praeter titulum Beati, quem de Jure Imagines possidet, a privatis primo illi attributum, nunc vero a Beati nominis Sanctae Sede comprobatum...

Documenta Sanctissimae Beati Viri Pontificis iussu collecta, & videri.

Causa proposita in Congregatione Rituum.

PONT. A. V.

Sanctio pontificis.

Dat. die 18. Sept. 1744.

CVIII.

proemium.

Introdutio Causae.

Processus & sententia Ordinarii in causa B. Nicolai.

Fides praestanda...

Tenore praesentium...

Exemplum ad illud transmittitur...

Exemplum ad illud transmittitur...

proemium.

Introdutio Causae.

Processus & sententia Ordinarii in causa B. Nicolai.

De ejus Sanctissimae Eugenius VIII. gessit: postremo meritis plenam...

ANNO 1744.

Congr. Reolutio pro Decretis Urbani VIII.

Pontifex Reolutio...

Ob Decret. publicacionem...

sub praescripta forma...

solum

ANNO 1744. solus religionis causa, sed etiam, ut Ecclesiasticam Discipline...

§. 10. Tertio volumus ejus imagines in Ecclesiis, sed Sacellorum privatorum...

§. 11. Postquam innotuit, ac declaratum est, Nos in eo casu versari, quem Urbani VIII. decreta excipiunt...

§. 12. Nos itaque, ingentibus B. Nicolai Albergati Cardinalis...

§. 13. Hec omnia singularibus Beati Cardinalis meritis profecto debentur...

§. 14. Quod si deinde Deo placuerit ut ab hoc cultu ad nonnullos locos restridat...

se percepisse fatetur, quodque in ejus Canonizationis Bulla his verbis expressit: Et si Nos quidem B. Catharinae...

§. 14. Quod si deinde Deo placuerit ut ab hoc cultu ad nonnullos locos restridat...

§. 15. Lectioes in Folio B. Nicolai Albergati Episcopi, & Confessoris; Pro secundo Nocturno.

LECTIO IV. Nicolaus Albergati nobili genere Bononie est...

LECTIO V. Crivum suorum ad Martinum V. Orator iterum ac tertio profectus, tantam ab eo Pontifice, qui eximiarum...

LECTIO VI. In obediendis tam variis, gravissimisque Legationibus...

PONT. A. V.

De probatione virtutum, & miraculorum in sacentibus, ut procedi possit ad Canonizationem B. Nicolai.

Lectioes, de quibus in Decreto

Est demone extra Ecclesiam...

De rationibus augendi Beatiorum Cultum.

Conceditur Cardinali...

Item anti-veritaria celebratio...

Pontificatus in hac examine & definitio.

PONT. A. V. Carthusiani, quod professus fuerat, Instituti totius, ejus asperitatis ad mortem usque retinuit...

§. 16. Elogium apponendum in Martyrologio v. Idus Maji Bononie...

§. 17. Praefertur itaque Decretum nostrum, ac praefertur Lectioes, & Elogium, ac in eo Decreto omnia & singula contenta ac praescripta...

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Octobris MDCCXLIV.

CIX. DE JURISDICTIONE Episcoporum quoad Ecclesias Parochiales Regularium, & Personarum curam Animarum Subditorum Saecularium in eis exercentes.

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

FIRMANDIS, atque asserendis Ecclesiasticae disciplinae regulis studiose intenti Praedecessores Nostri Romani Pontifices, consueverunt, peculiaribus rerum aut temporum necessitatibus animadversis, ad generalis providentiae curam animum adhibere...

Ordinarios observantiam, & subjectionem; tam in petenda eorum licentia & benedictione pro Verbi Dei praedicatione in Ecclesiis etiam suorum respective Ordinum habenda...

§. 1. Hanc ipsam rationem Nos ipsi secuti fumus in Apolliticis nostris Literis, quarum initium est: Sacramentum Penitentiae, Anno MDCCXXII. Kalendis Junii...

§. 2. Animarum curam in saeculares personas exersenti in his Ecclesiis, quae Monasteriis seu Domibus duntaxat...

§. 3. Cum itaque nonnulli Sacerdotes ab Episcopali jurisdictione exempti, quos neque Parochos, neque animarum curam addictos esse constaret, ausi fuissent aliquibus Christifidelium matrimonii interesse, sine praevia Episcopi aut Parochi licentia...

Item Innocentii XII.

Idipsum Pontifex a pluribus saecularum memorat.

Et in praesenti possit observari de declaratione.

Refert Tridentinum circa jurisdictionem Episcopalem.

Greg. XV. dicitur eadem...

Bb bontum.

ANNO 1744

bentem exerceant, five alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrant, previa Episcopi licentia, & approbatione; five quoquo modo in dicta Curia exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel aliter ex illis administratione de facto, absque ulla auctoritate, se ingerant; in his, que ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimode jurisdictioni, & visitationi, correctioni, Diocesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolice delegati, pleno in omnibus subdiciantur.

§. 4. Hac controversia per Constitutionem Gregorianam e medio sublata, non ideo ab aliis quaestionibus & litibus circa idem genus promovendis cessatum fuit, pluraque Dubia tam in Congregationibus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, quam in Auditorio Rota, frequenter agitata & resoluta fuerunt, circa peculiarium quorundam actuum naturam, an scilicet idem censendi essent ad animarum curam, seu ad Sacramentorum administrationem pertinere; & consequenter, an Episcopos in visitandis Regularium Ecclesiis, quibus imminet animarum cura personarum secularium, possit, nec ne, suam circa hujusmodi actus jurisdictionem exercere; tum etiam, an hoc aut illud Monasterium dici possit ordinaria, quamvis Parochialis foret, Episcopo in visitatione subiecta non esset. Cum igitur resolutiones in praedictis Curiae nostrae Tribunalibus circa hujus generis quaestiones identidem captas, earumque rationes & fundamenta, diligenter & considerate perpendimus, consilium quoque, & sententiam audierimus aiquot ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, aliorumque Virorum in juris Canonici scientia praestantium; nonnulla super his de Apostolica potestate plenitudine decernere deliberavimus, ac praesenti nostra Constitutione inviolabilem quandam normam praescripsimus, qua posita, omnes de cetero lites, & controversiae praedictis de rebus, si fieri possit, penitus eliminantur, atque omnia submoveantur obstacula, quae debitam Decretorum Sacri Tridentini Concilii executionem in re tam gravis momenti impedire, aut retardare habentur consueverunt.

§. 5. Optimo sane consilio ab Episcopis Pastorem visitationem aggredientibus praemitti solent in singulis Diocesis loca aliqui Sacerdotes Missionarii, qui ante ipsorum adventum, praedicationis verbi Dei, & administratione Sacramentorum Praesentiae & Eucharistiae, spirituales Populorum profectum, & animarum salutem, qui potissimum est Pastoralis visitationis focalum, fudeant promovere. Inventi sunt autem ex iis Regularibus, quorum Ecclesiis incumbit Parochialis secularium cura, qui in dubium revocarent, an hujusmodi Missionarios, five Saeculares, five aliter Instituti vel Ordinis Regulares, ab Episcopo missos tamquam visitationis suae praenuntios, in propriis Ecclesiis & Domibus ad exercenda munera eidem commissa admittere & recipere ipsi tenerentur. Quod dubium, quum in Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium proposita examinatum fuisset sub die 31. Augusti Anni 1658. affirmativeresolutum fuit; ut scilicet praedicti Missionarii etiam a Regularibus Parochis seu Curatis libenter excipi debeant, omnibusque rebus juxta, quibus ad injungendum sibi onus adimplendum opus illis esse contingit. Quod Nos quoque probamus, & auctoritate Apostolica confirmamus, atque in posterum (quoties id opus esse, praesenti Episcopi arbitrio judicatum fuerit) ab omnibus hujusmodi Parochis seu Curatis praecipuum observari.

§. 6. Sed & in ipso visitationis cursu, atque etiam extra illam, aliqui Regulares ex suorum privilegiorum & exemptionum indemnitate plus nimio solliciti, hanc Episcopis controversiam moventur, utrum is liceret, in ipsorum Regularium Ecclesiis, five Parochialibus, five non Parochialibus, Sacramentum Confirmationis administrare; quae quidem controversia in Congregatione Concilii, partibus plenissime auditis, pro Episcopis decisiva fuit, quemadmodum & Nos generaliter & sine exceptione eandem definimus.

§. 7. In exequenda vero Pastoralis visitatione Ecclesiarum Parochialium, quae a Regularibus administrantur, minime quidem licet Episcopo omnia Ecclesiarum hujusmodi Altaria visitare, sed illud dum-

Pontifex alias quatuordecim, cum gessit in archid.

approbationem Congr. Episcop. & Regularium visitationis praesentis etiam a Parochis Reg. excipi debeant.

Et declaratur quod possit Episcopus Sacramentum Confirmationis in Ecclesiis Regularium administrare. Declaratur quod possit Episcopus in Ecclesiis parochialibus Regularium

taxat, in quo Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum Pont. A. V. asseratur, & consequenter Sacram ipsum Tabernaculum; fontem quoque Baptisterii, si adit; item Confessionale, in quo Parochus ad audientias Confessiones residere solet; Pulpitum Ecclesiae, e quo Parochus suscipit, verbi Dei, juxta praecipuum ministerii sui munus, annunciandi; Sacramentum pariter Ecclesiae, ad inspicendum locum, in quo asseratur sacra supplex, pro Sacramentis tam intra Ecclesiam, quam extra illam decenter administrandis; Sepulchrum excipiendis Subditorum Parochiae corporibus additum. Cimetorium Parochianorum humanis cadaveribus destinatum; Turrim Campanariam, dummodo in ea sint Campanae ad Parochiam proprie spectantes; ac demum, praeter res supra enunciatas, omnia sacra vasa, quibus vel Particulae consecratae servantur, vel Sacra Olea five in Baptisterio, five in extrema Unctione adhibenda, vel aqua Baptisterii, vel alia rite benedicta, quae pro ingredientium asperione ad Ecclesiae fores ponit confuevit.

§. 8. Visitationi locali proxima est ea, quae personam respicit Parochi; cuius quidem, si Regularis sit, agendi rationem, in iis, quae spectant ad observationem proprii ipsius Regularis instituti, non est Episcopi inquirere, quum ad ipsius Superiorem Regularem privative id pertinet. Licet tamen Episcopo, vel potius ipsi specialiter incumbit, ipsius Parochi seu Curati, etiam Regularis, vitam ac mores scrutari, quatenus ea, quae extra Claustrum prodierunt, Rectoris animarum exempla, plurimum conferre ad Populi aedificationem, vel contra eadem obesse maxime possunt, quemadmodum alias eadem Concilii Tridentini Congregatio sapienter decrevit, & Nos etiam eandem praesentium tenore decernimus, & statuimus.

§. 9. Ad personalem quoque Parochi visitationem, praenotanda ad Episcopos sui officium pertinet ea occasione examinare, an titulo legitimum Parochus etiam Regularis animarum curam exerceat, an residentia lex ab eo observata fuerit atque observetur; an ad Synodum vocatus, ierit; an Congregationes seu Conferentias fuerit caibus conficienda haberi solitas frequentet; an onera, quae secum fert animarum cura, adimpleverit; ac inter alia, an Missam pro Populo applicaverit diebus festis de precepto; an isdem festis diebus praesentiter, quae a Sacro Tridentino Concilio praescripta sunt, Populum verbi Dei praedicatione, & Pueros in Fidei rudimentis Christianaeque Doctrinae praecipue instruendo; an, statim diebus, excipiendis Fidelium confessionibus vacet; an aegrotantibus & in extremo viragone laborantibus debita spiritualia subsidia sedulo praestet, & Sacramenta Ecclesiae tempore conferat; an Pueros & Puellas ante susceptionem Sacramenti Confirmationis, tum etiam ante primam eorum Communionem, opportunis instructionibus erudit; an priusquam Fideles ad matrimonium in faciem Ecclesiae celebranda admittat, debitas inquisitiones adhibuerit, atque adhibeat, quibus toto deprehendere possit, nullum inter Contrahentes impedimentum existere, eodemque libere matrimonio consentire, ac demum in Doctrina Christiana, maxime vero in praecipuis Religionis nostrae Mysteriis, illos instructos esse; denique an Parochus apud se recte ordinatos retineat libros tum Baptizatorum, ubi Fons Baptismalis adit in ipsius Ecclesia, tum Sacro Crismate confirmatorum, libros etiam Matrimoniorum, & status animarum.

§. 10. Uno verbo quidquid Episcopus a Parocho saeculari exquirere atque exigere solet ac debet, id eundem Regulari exquirere, & exigere potest; atque ubi hanc muneri suo defecisse comperit, opportuna Decreta condere & pronunciare, ac meritis in eundem poenas statuere; in quo nihilominus Episcopi facultates minime privative sunt, sed Praesul Regularis sui cumulatium cum ipso habet; ita tamen, ut, si aliter a Superiore Regulari, aliter ab Episcopo decerni contingat, huius, non vero illius, Decretis sit standum; prout alias a Congregatione Tridentini Concilii interprete iudicatum fuit, Nosque Auctoritate Apostolica probamus, confirmamus, atque decernimus. Privativum tamen Episcopi ius est in Parochianorum mores inquirere, ac si quae inter ipsos scandala oborta fuerint, auditis proborum ac prudentium Virorum sinceris relationibus, de iis tunc cognoscere eaque opportunis remediis refecare & reformare.

Quid circa Parochi, visitationem & mores cognoscere valeat.

Et circa alia ad eundem officium spectantia.

Statuit Pontifex in eadem Constitutione ad Episcopos cum Superioribus Regularibus spectare.

Parochianorum autem ad Episcopos pertinet.

PONT. A. V.

mare: nec enim Superioribus Regularibus in hujusmodi saecularibus Parochiis subditos ulla competet jurisdictione.

§. 11. Eveniente autem casu, quo vel Episcopus, vel Superior Regularis aliquem ex praedictis Parochis ab exercitio Curae removeendum, eademque privandum esse iudicaverint; quoniam hujusmodi Parochis, sine praevia Episcopi approbatione, ad Curam animarum accedere nequaquam licet, quamvis a suis Superioribus deputati, iidemque ad nutum sint amovibiles; dubitatum propterea fuit, an Episcopus possit ad hujusmodi remotiones procedere, sine Superioris Regularis consensu, & an remotionis causa eidem adducere, eaque verificare deberet; tum etiam an Regularis Superior ad similem remotionem & privationem suo jure deveniens, consensum Episcopi exquirere, suasque agendi rationes illi notas atque probatas facere teneretur. Quae de re, supra dicta Congregatio Concilii decrevit; hujusmodi Parochos tam ab Episcopo, quam a Superiori Regulari, aequo jure, non requirit alterius consensum, ab Animarum cura removeri posse, nec unum alteri causam iudicii sui adire, multoque minus probare & verificare debere. Id quod a nobis in omnibus approbat & confirmatur.

§. 12. Postquam vero Tridentina Synodus loco superius laudato declaravit, praedictos Curatos seu Parochos tam saeculares, quam regulares, animarum curam exercentes in Monasteriis seu Domibus Religiosis, quibus hujusmodi cura personarum secularium incumbit, subesse debere immediate, in iis, quae ad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, (quod quidem, juxta magis receptam Tribunalium hujus Nostrae Curiae sententiam, intelligitur de jurisdictione Episcopi Ordinaria, non vero de delegata); illa tamen Monasteria seu Loca ibidem a Concilio excipiuntur, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiorum jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos & Parochianos exercent; salvo nihilominus eorum Episcoporum jure, qui alia quamvis ex causa sine titulo, majorem in praedicta Loca vel Personas jurisdictionem exercent. Quare nonnullis Episcopis contententibus, licere sibi, saltem tanquam Delegatis a Sede Apostolica, in Parochos praedictos, five in Parochianos, aliquid jurisdictionis adum exercere, Congregatio Concilii respondit, quod ubi Abbas, aut Superior Regularis suam probat jurisdictionem Episcopalem & Temporalem in ipsos Parochos & Parochianos, & contra Episcopos probare nequit amplioiorem in eosdem jurisdictionem ex alio capite sibi acquiritam fuisse, abstinere omnino debet Episcopi sui tam a visitatione, quam ab alio quocumque jurisdictionis actu in hujusmodi Parochos & Parochianos. Quod quidem, veluti ipsius Concilii Decretis consensum, Nos etiam Apostolica confirmatione roboramus.

§. 13. Similiter ab Episcopi jurisdictione, visitatione, & correctione, etiam in his, quae ad Animarum Curam & Sacramentorum administrationem spectant, praedicta Sancta Synodus excipit tam Saeculares, quam Regulares Parochos, in quibus Abbates Generales aut Capita Ordinum Sedem Ordinarium principalem habent: Quae exceptio, sive limitatio, pluribus controversiis occasione praebuit. Et primo, an ad inducendam hujusmodi exemptionem ab Episcopali visitatione, satis sit, quod in aliquo Monasterio resideat Abbas Regularis, licet is Ordinii sui Generalis non existat. Super quo praesentis Concilii Congregatio pronunciat, non sufficere Abbatis consensum residentiam, nisi sit Abbas totius Ordinii sui Generalis. Tunc enim Tridentinum Concilium simplices Abbates, aut Regularium Superiores nominat, quum ab Episcopi jurisdictione ac visitatione eximit Parochos Ecclesiarum seu Monasteriorum, in quibus Abbates aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem & temporalem exercent; quae jurisdictione competunt est nonnullis etiam simplicibus Abbates aut Superiores Regulares dare, quamvis non sint Ordinum Generales. De Abbatis autem Generalibus, seu Ordinum Capitibus tunc loquitur eadem Sancta Synodus, quum a jurisdictione, & visitatione Episcopali exemptos esse

Remotionem vero Parochi, utriusque licentia, sine aliorum consensu.

Exemptioem Parochianam, in quibus Superioribus Regularibus jurisdictionem Episcopalem & temporalem obtemperant.

Declaratur exemptionem Parochianam Monasteriorum in quibus resident Superioribus Generales, non extendi ad residentiam aliorum Superiorum non Generalium.

Parochianorum autem ad Episcopos pertinet.

indulget eorum Monasteriorum seu Locorum Parochos, in quibus Abbates Generales praedicti, aut Capita Ordinum, Sedem Ordinarium principalem habent. Cumque ea dubio procul sit Concilii mens, in hunc plane modum semper in posterum iudicari & censurari debere statuimus: minime attenda distinctionis nota, quae in plerisque Concilii Tridentini editionibus impressis apposta conspicitur inter verbum Abbates, aliudque Generales, utpote quae nullatenus reperitur in exemplari authentico Actorum ipsius Concilii, quod in Arce Sancti Angeli asseratur; quodque, ut genuinum hujus loci lesionem certo cognosceremus, diligenter inspici fecimus, proindeque a praedictis exemplaribus impressis eadem distinctionis nota omnino est expungenda.

§. 14. Altera quaestio est, an ad obtinendam exemptionem ab Episcopali jurisdictione & visitatione, sufficiat, quod aliquod Monasterium, Superioris Generalis Sedes Ordinaria existat, an vero praeterea requiratur, ut ipsum Monasterium sit Caput Ordinis. De quo, quidquid alii opinati fuerint, decernimus succedere, quod Monasterium seu Domus, sit Ordinaria & principalis Sedes Superioris Generalis; prout a Congregatione Concilii constanter iudicatum fuit; quum verba Tridentini, de Capitis Ordinum loquentis, non ad loca, sed ad personas Praesulum Regularium in locis residentium referantur.

§. 15. Tertio dubitari contingit, an exemptio ab Episcopi visitatione, quam Tridentina Synodus, ut supra, concedit Ecclesiis Parochialibus eorum Monasteriorum, in quibus resident Abbates Generales aut Capita Ordinum, ad alias quoque Parochiales extendatur, quae praedictis Monasteriis unitae sunt, & ab eisdem dependent. Sed quum de aliis hisce Ecclesiis unitis taceant Conciliaria Decreta, neque porro eadem ratio honoris cujusdam & reverentiae habenda erga Superiores Ordinum Generales in propriis Monasteriis vel Ecclesiis residentes, locum habeat in aliis Parochialibus, eidem Monasteriis, ut praesertim, unitis; quod plures Congregationes Concilii censuit, hujusmodi scilicet Ecclesias unitas, minime exemptas esse a jurisdictione & visitatione Episcopi, quamvis illae a Parochis regularibus administrarentur; id ipsum Nos, praedictae Congregationis resolutionibus inherentes, decernimus & constituimus.

§. 16. Quaesitum fuit quarto loco, an ratione exemptionis a jurisdictione Episcopi, quae competit praedictis Rectoribus Ecclesiarum residentialium Superiorum Generalium, & propter eorumdem Rectorum omnimodam subiectionem jurisdictioni & correctioni praedictorum Generalium Regularium sive aliquod, & jurisdictioni attributa sit ipsius Superioribus Generalibus in Saecularibus Subditos hujusmodi Ecclesiarum, five Parochianos; an vero dicendum sit ius istud ad Episcopum privative pertinere. Super quo decernimus, Episcopo plenam & privativam jurisdictionem competere in Parochianos, ad eundemque Episcopum pertinere, non solum propria auctoritate & consensum (praevio examine per se ipsum, vel per Vicarium suum faciendo) interponere, quotiescumque Superior hujusmodi Generalis aliquem sive Saecularem, sive regularem Parochum seu Curatum, etiam ad nutum amovibilem, ad exercendam in praedictis Ecclesiis animarum curam personarum secularium deputare voluerit; sed etiam si Episcopus hujusmodi Parochiae regimen a supra praedictis Parochis exemptis, five saecularibus, five regularibus, non recte administrari cognoverit; posse ipsum, & aliquando etiam debere pro sui Officii munere, apud Superiorem Generalem instare, ut Parochum seu Curatum hujusmodi ab animarum cura removeat; implorata quoque, quatenus opus sit, Apostolicae Sedis Auctoritate, firmiter Generalem praedictam suam, aut reluctantem, aut Parocho plus aequo faventem invenerit.

§. 17. Praecipua in hac materia quaestio illa fuit, quanam essent Monasteria, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum, Sedem ordinariam principalem habent; contententibus nonnullis, quodlibet Monasterium, aut locum quemlibet, in quo Abbas Generalis five Caput Ordinis manet, in quo tamen oportere, ita ut ejusdem Monasterii aut Loci Paro-

ANNO 1744

Indicatur plenius de conditionibus Concilii Tridentini.

Decretis, non requiritur exemptio quodammodo Monasterii sui caput Ordinis.

Parochiales autem unitis Monasteriis Superiorum Generalium non gaudent exemptione.

Afferit privilegium jurisdictionem Episcopi in Parochianos etiam hujusmodi Parochiales exemptarum.

Et insinuat quatenus, ut opus sit, pro illius remotione.

Statuit Pontifex in eadem Constitutione ad Episcopos cum Superioribus Regularibus spectare.

ANNO 1744
 chus ab Episcopali jurisdictione & visitatione immunitatis statim fiat. Veram vagam & arbitrariam hujusmodi Sedes, quae a sola Superioris Generalis praesentia naturam Sedis ordinariae & principalis mutuatur, tum reat rationi, tum Concilii verbis ac sensui plane adversatur. Quapropter quum Nobis compertum sit, in aliquibus Ordinam Regularium Constitutionibus assignatum reperiri locum pro residentia Superioris Generalis, ejusque Curiae; in aliis vero Ordinibus, ubi Constitutiones de eo nihil statuunt, eandem residentiam veteri consuetudine esse praesentiam; quoties de Ordinum hujusmodi Superioribus Generalibus agitur, eorum Sedem ordinariam principalem, ad effectum de quo agitur, illam esse, & ceteri decernimus, quae ab ipsorum Constitutionibus, vel ab inveterata consuetudine praedicta praescribendi dignoscitur, idque tantummodo Monasterium, non vero aliud, in quo, quocumque de causa, Superior Generalis commoratus fuerit, pro ordinaria Generalis Sede haberi praecipimus, licet ipse Generalis ibi actu non residat.

§. 18. Quod si aliqui sint Religiosi Ordinis seu Congregationis, quorum Constitutionibus, vel consuetudinibus minime praesentiam sit Monasterium, in quo Abbas Generalis, seu Caput Ordinis residere debeat, nullum Monasterium pro ejusdem Generalis Sede ordinariam principalem, ad effectum eximendi Parochum ab Episcopi jurisdictione & visitatione, ex eo tantum haberi debere statuimus, quod solus ipse Superior Generalis in eo degat, abique consuetis Ministris, quos in Ordine regendo socios habet; sed illud dumtaxat Monasterium pro Sede Generalis ordinaria principali haberi volumus, quod semel ipse Superior Generalis, seu Caput Ordinis, initio Generalatus, elegerit pro sua stabili residentia, & Officialium seu Ministrorum praedictorum. Verum si, facta semel hujusmodi electione, eandem postmodum variare praesumpserit, declaramus, neque Monasterium initio electum, neque alterum etiam cum sua Curia eo se transferit, privilegia ordinariae & principalis generaliter Sedis habiturum.

§. 19. In omnibus autem praemissis exemptionum casibus, saltem semper atque illis esse volumus eorum Episcoporum jus, si qui sunt, qui praedictas Parochiales Ecclesias, earumque Rectores visitare solent, nimirum tam illas, quae Monasteriis seu Dominicis suis annexae sunt, in quibus Generales Ordinum Superiores Sedem ordinariam principalem, vel a Superiorum Ordinum Constitutionibus, vel ab inveterata consuetudine praesentiam habent; quam eas, quae ab ipsis Superioribus Generalibus alias pro ordinaria principali residentia fuerint electae, & nihilominus, hujusmodi residentia durante, Episcopi visitationi, jurisdictioni & correctioni subiectae fuerint.

§. 20. Decernentes praesentes nostras Literas, & in eis contenta quocumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu eorum aliquo, jus vel interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, praesentiae, vel dignitatis existant, seu alias specifice, & individua mentione & expressione digni, illis non consentiant, nec ad ea vocati & auditi, neque Causae, propter quas eadem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, vel sufficienter, aut ullo modo justificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de suspensione, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas appellationis oris, restitutionis in integrum, aliove quocumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut etiam modo parti, & de Apostolicae potestatis plenitudine simili concessio vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iurare ullo modo posse; sed ipsas praesentes semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter & inconcusse observari.

§. 21. Sicque, & non aliter in praemissis ceteri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios & Dele-

gatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis praedictae Nuntios, aliove quoslibet quocumque praesentia ac potestate fungentes & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definituri debere: ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de iure quae non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indulgentiis, etiam in corpore juris clausis, aut Litteris Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & institutis, etiam Societatis Jesu, & Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet specificis & individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam clausulis & decretis, etiam clausulis & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolica potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specificae, & individua mentio, seu quavis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones praesentibus pro plene & sufficienter expressis, & exactissime servatis & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, ad praemissorum effectum plenissime & amplissime motu pari derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 23. Volumus insuper, & eadem auctoritate praedicta mandamus, ut eadem praesentes, & in eis contenta quocumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quilibet de eis ignorantiam pretendere valeat, ipsas praesentes, seu eorum transumpta, ad valvas Ecclesiae S. Joannis in Laterano, & Basilicae Principis Apostolorum de Urbe; necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis Innocentianae in Monte Citorio, & in Aede Campi Florae per aliquem ex Curatoribus nostris, ut moris est, publicari, & affigi, sicque publicatas & affixas omnes & singulos, quos concernere, seu concernent in futurum, perinde afficerent & ardere, ac si uniuersique illorum personaliter intimatae & notificatae fuissent.

§. 24. Utque eorumdem praesentium Transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, quam extra illud, ubique locorum habetur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrarum confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, octavo Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Card. Passioneus, J. Datarius, VISA DE CURIA, J. C. Boschi, L. Eugenius, Registrata in Secretaria Brevium, Publicata die 18. ejusdem Mensis, & Anno, JU.

PONT. A. V. CX.

Contraria plenissime derogatur.

Exordium calamitibus Europae & Italiae praesentibus incubantibus.

IN Suprema Catholicae Ecclesiae administratione, quum per ineffabilem Divinae Bonitatis largitatem, Omnipotens Deus Nobis commisit, non leve imbecillitatis nostrae praesidium in generali Christianorum Principum concordia collocatum iri confidebamus: Hinc jaecentem pene animum, tantique muneris magnitudine, & difficultate deterimus, magna spes exererat, in ea Nos sane incidisse tempora, in quibus, resintidit bellorum incendii, asserta Regnorum conjunctione, hostium sublata formidine, & facta per illum, qui & mari, & ventis imperat; tranquillitate, facilius Pastoralis officii Nostri partes implere, & Dominici gregis curam sustinere potuissemus. Verum quo minus aspera susceperit muneris decemabamus exordia, eo deinceps tristior & luctuosior Christianae Republicae facies sese paulatim explicuit, donec tota, veluti immixtis facibus, Europa desagrante, adeo vehementer turbulentissimae tempestatis fluctibus Nos jactant ac pene obruant, ut cum Praedecessore nostro Divo Gregorio Magno, senescentis Mundi terminum, atque irae & ultionis diem jamjam appropinquantem, Vobis apertius genuit & lamentatione denuntiari quodammodo cogamur; Nam Regnum adversus Regnum, & Gentes contra Gentes, ac utraque nomine Jesu Christi insignitas, exurgere, earumque praesuram tenis insistere, & aliunde cum angore accipimus, & hic, maritibus continuo lacrymis, propriis oculis spectamus: Terrae motus per loca non ita pridem dederunt significationem, ut fugeremus a facie arva; & segetes ab eluvionibus direpte; pestifera, & deterrima vires longe lateque Provincias depopulata, agri a Colonis relicti, quam plurimi hominum siti & fame enecati, Urbes Civibus vacuae, obstructae cadaveribus viae, corpora supra corporibus imhumata, & denique tamquam aqua in circuitu sanguis effusus, satis aperta divini furoris signa undequaque praeseferant, & adhuc extentum ultricis iustitiae brachium nobis ostendant; immo ne tot acerbissimis calamitatibus, Italiae praesentium incubantibus, deesse aliquid videatur, Nos ipsi propemodum vivimus inter gladios, & tere timemus, ne, percusso pastore, oves dispergantur.

§. 1. At probe memores, quod Dominus, cum iratus fuerit, misericordiae recordatur, neque vult mortem Peccatoris, sed ut fructus dignos poenitentiae faciens, convertatur, & vivat, est interea temporis cum privatis, tum publicis indictis precibus Deum exoravimus, ut indignationem suam a Nobis averteret, at tamen, ut in Nos, cum fiducia adepentes ad thronum gratiae, misericordiae suae divitias largius effundat, ex prisco Romanae Ecclesiae more, caelestium munerum thesauros aperire, & liberali manu erogare decrevimus, ut hoc potissimum acceptabili tempore, cum apparuerit Salvatoris Nostri Dei humanitas, oritur in diebus suis abundantia pacis, & Ipse autem bella usque ad finem Terrae, arcum contraxit, quem tetendit, confringat arma, & scuta comburat igni.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus & singulis utriusque sexus Christianissimis tam in hac Alma Urbe Nostra, quam in universa Italia, & Insulis ei adjacentibus degentibus, quorum is, qui in praedicta Urbe Nostra solemniter Processione die festo S. Andreae Apostoli ab Ecclesia ejusdem Sancti Andreae de Valle nuncupata Congregationis Clericorum Regularium Theatinerum nuncupatur ad Ecclesiam Beatae Mariae Virginis supra Minervam Fratrum Ordinis Praedicatorum de eadem Urbe, universo interveniente Clero, & Populo

Indulgentiam plenaria conceditur implebitur opera injuncta. In Urbe. Dat. die 6. Nov. 1744.

JUBILEUM

Pro Christianissimis Italiae, & Insularum adjacentium, Divinam opem implorantibus pro pace inter Principes Christianos, & aliis Catholicae Ecclesiae necessitatibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.
 Universis Christianissimilibus praesentes Literas inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN Suprema Catholicae Ecclesiae administratione, quum per ineffabilem Divinae Bonitatis largitatem, Omnipotens Deus Nobis commisit, non leve imbecillitatis nostrae praesidium in generali Christianorum Principum concordia collocatum iri confidebamus: Hinc jaecentem pene animum, tantique muneris magnitudine, & difficultate deterimus, magna spes exererat, in ea Nos sane incidisse tempora, in quibus, resintidit bellorum incendii, asserta Regnorum conjunctione, hostium sublata formidine, & facta per illum, qui & mari, & ventis imperat; tranquillitate, facilius Pastoralis officii Nostri partes implere, & Dominici gregis curam sustinere potuissemus. Verum quo minus aspera susceperit muneris decemabamus exordia, eo deinceps tristior & luctuosior Christianae Republicae facies sese paulatim explicuit, donec tota, veluti immixtis facibus, Europa desagrante, adeo vehementer turbulentissimae tempestatis fluctibus Nos jactant ac pene obruant, ut cum Praedecessore nostro Divo Gregorio Magno, senescentis Mundi terminum, atque irae & ultionis diem jamjam appropinquantem, Vobis apertius genuit & lamentatione denuntiari quodammodo cogamur; Nam Regnum adversus Regnum, & Gentes contra Gentes, ac utraque nomine Jesu Christi insignitas, exurgere, earumque praesuram tenis insistere, & aliunde cum angore accipimus, & hic, maritibus continuo lacrymis, propriis oculis spectamus: Terrae motus per loca non ita pridem dederunt significationem, ut fugeremus a facie arva; & segetes ab eluvionibus direpte; pestifera, & deterrima vires longe lateque Provincias depopulata, agri a Colonis relicti, quam plurimi hominum siti & fame enecati, Urbes Civibus vacuae, obstructae cadaveribus viae, corpora supra corporibus imhumata, & denique tamquam aqua in circuitu sanguis effusus, satis aperta divini furoris signa undequaque praeseferant, & adhuc extentum ultricis iustitiae brachium nobis ostendant; immo ne tot acerbissimis calamitatibus, Italiae praesentium incubantibus, deesse aliquid videatur, Nos ipsi propemodum vivimus inter gladios, & tere timemus, ne, percusso pastore, oves dispergantur.

§. 1. At probe memores, quod Dominus, cum iratus fuerit, misericordiae recordatur, neque vult mortem Peccatoris, sed ut fructus dignos poenitentiae faciens, convertatur, & vivat, est interea temporis cum privatis, tum publicis indictis precibus Deum exoravimus, ut indignationem suam a Nobis averteret, at tamen, ut in Nos, cum fiducia adepentes ad thronum gratiae, misericordiae suae divitias largius effundat, ex prisco Romanae Ecclesiae more, caelestium munerum thesauros aperire, & liberali manu erogare decrevimus, ut hoc potissimum acceptabili tempore, cum apparuerit Salvatoris Nostri Dei humanitas, oritur in diebus suis abundantia pacis, & Ipse autem bella usque ad finem Terrae, arcum contraxit, quem tetendit, confringat arma, & scuta comburat igni.

§. 2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus & singulis utriusque sexus Christianissimis tam in hac Alma Urbe Nostra, quam in universa Italia, & Insulis ei adjacentibus degentibus, quorum is, qui in praedicta Urbe Nostra solemniter Processione die festo S. Andreae Apostoli ab Ecclesia ejusdem Sancti Andreae de Valle nuncupata Congregationis Clericorum Regularium Theatinerum nuncupatur ad Ecclesiam Beatae Mariae Virginis supra Minervam Fratrum Ordinis Praedicatorum de eadem Urbe, universo interveniente Clero, & Populo

Indulgentiam plenaria conceditur implebitur opera injuncta. In Urbe. Dat. die 6. Nov. 1744.

agenda, devoti interfaerint, vel Sancti Joannis in Laterano, vel Principis Apostolorum, aut Sanctae Mariae Majoris dictae Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel eorum aliquam, intra spatium duarum hebdomadarum, a praedicta die festo Sancti Andreae inchoandam, & usque ad tertiam Dominicam Adventus inclusive decurrendam, saltem semel devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces, ut supra, effuderint, ac quarta, & sexta feris, ac Sabbato alterius ex praedictis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in aliqua ex Dominicis praedictis, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, ceteris vero extra Urbem praedictam, ut praemittitur, degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam Animarum exercent, postquam ad eorum notitiam haec nostrae pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam, spatio duarum similiter hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officialibus, vel alios, ut praesertim faciendae decurrendam, saltem semel visitaverint; ibique ut supra oraverint, ac quarta & sexta feris, ac Sabbato alterius ex hebdomadis praedictis jejunaverint, & peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communionem reseci fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut praemittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra & extra Urbem praedictam concedi consuevit, tenore praesentium concedimus & elargimur.

§. 3. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum Domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant; Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam Laicis, quam Ecclesiasticis, Secularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarii ex jam approbata Locorum uniuscujusque Ordinarii ante praesentium publicationem, seu approbandis, eis in alta pietatis opera commutare, vel in aliud prolixum tempus erogare possint, eaque injungere, quae ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 4. Insuper omnibus & singulis Christianissimilibus utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis Secularibus, & Regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti tam in Urbe praedicta, quam extra eam in universa Italia, & Insulis ei adjacentibus praedictis, ut praesertim, degentibus, licentiam concedimus & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium tam Secularem, quam cuiusvis Ordinis, & Instituti Regularem ex approbatis, ut praemittitur, a locorum respective Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis & censuris a jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam in literis die Cense Domini legi solitis, contentis, & ceteris alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum Constitutiones, quorum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quocumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in praedictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 5. Quapropter tenore praesentium in virtute Praesentium Sanctae Obedientiae districte praecipimus atque mandamus omnibus & quibuscumque Venerabilibus Fra-

Etiam re- Et pro com- mutacione votorum.

ANNO 1744

tribus Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum praesentium literarum transumpta, seu exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Dioeceses, provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque seu Ecclesias visitandas designent.

Exceptions Indultorum

§. 6. Non intendimus autem per praesentes super aliis, qua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quouomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in toto conscientia; neque etiam eadem praesentes his, qui a Nobis & Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico, etiam eorum nomine speciatim non expresso, excommunicati, suspensi, interditi, seu alias in sententia, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum iustiticerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Derogatio

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim, quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; necnon regula Nostra de non concedendis Indulgentiis ad infar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutuum Regularium, quibus firmiter alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse, ad effectum praesentium, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda

§. 8. Ut autem praesentes Nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem praesentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, ubique locorum, ut praeritur, eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae

apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima Novembris millesimo septingentesimo quadagesimo quarto, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Cardinalis Passioneus.

Public. die 21. ejusdem Mensis, & Anni.

CXLI. CONTROVERSIÆ

Circa Regimen Missionum in Regno Cocinchinae existentium, earumque limites determinandi.

Venerabili Fratri, Hilario Costa Episcopo Corsicensi, & Apostolico Vicario Regni Tunchini Orientalis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Apostolica Sedes Cura pro statu omnium Ecclesiarum.

QUANTOPERE Caritas Christi & sollicitudo omnium Ecclesiarum urgere pergat Apostolicam hanc Sanctam Sedem, cupis Pastorum Princeps Jesus Christus per abundantiam Divinae Bonitatis Nobis

quamvis immerentibus Vicariam auctoritatis suae in Suprema Catholica Ecclesia administratione tribuit potestatem, adeo certum est, ut luculentissima Apostolicae caritatis & sollicitudinis huiusmodi argumenta ubique terrarum luce clarius conspiciantur. Romanis sane Pontificis Praedecessores nostri, Nolque ipsi, a remotissimis Orbis terrarum regionibus etsi corpore absentes, spiritum tamen praesentes, nunquam desistimus, quin per Sacros Operarios ad Evangelicam Christi Vineam excolendam omni tempore missos uberrimus Christianae pietatis & aeternae salutis fructus colligeretur.

§. 1. Inter caeteras vero Apostolicas in Asia institutas Missiones, nobilior & fructuosior olim commendabatur illa Cocinchinae; sed ad statum tam perniciosum deplorabilemque jamdudum redacta est, atque in tanta perturbatione modo versatur, ut de illa non sine obortis lacrymis ingentique animi Nostri merore cogitare possimus. Quae autem status perturbationis huiusmodi causa fuerit atque in praesentia sit, manifestum Fraternitati tuae, quippe quae prope oculos spectat, quam Nobis tam longe existentibus, nota est; quam plurimum scilicet gravissimaeque controversiae & concertationes, non minus inter Missionarios diversorum Ordinum, Congregationum, & Institutuum illi adlaborantes, quam inter nonnullos ipsorum, & Apostolicos pro tempore Vicarios, eorumque Coadiutores exorta, quae magno animarum ardore fove, in dies incrementum. Tota vero harum controversiarum concertationumque summa in finibus terminis residentibus, necnon in regionibus erectarum constitutis residentibus, ab unoquoque ex illis directione illorum Christiudelum, in quoquoque ex iisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis seorsim ac private praesentia, consistit; quemadmodum etiam quoad varias doctrinas ac ritus, seu consuetudines, per eas Regiones iam disseminatas, vel subinductas, ab integerrima Catholica Ecclesiae doctrina disciplinaque discrepantes, aut minime consentaneas, vertitur. Etsi autem Apostolica haec Sancta Sedes, prout semper ac temporum rationem exposcere visum fuit, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum consilio, per varias ordinationes praescriptasque rationes, & salutare, & opportunum tum aucterendis componendisque exortis iam diffusis perturbationibus, tum avertendis impediendisque ulterioribus malis, remedium adhibere non omisit; ipsa tamen locorum distantia in causa fuit, quod Apostolica providentia huiusmodi nedum optatus excitatis ardentibusque discordiam incendis penitus extinguendis successus minime responderit; quin imo, propter immaturum Apostolicorum Vicariorum eorumque Coadiutorum obitum, necessariamque novorum utriusque Successorum deputationem, magis diffidiorum concertationumque serior exarserit.

§. 2. Quoniam autem ex relatis propositisque Partium studiis, rationibus, & documentis, invicem ut plurimum pugnantibus, rectum, & aequum, certumque iterum tam longe distitarum iudicium haud facere, ac pronuntiare potuerat ipsa Congregatio Cardinalium Propagandae Fidei; in eam sententiam, ne Missiones huiusmodi penitus interirent, venit anno millesimo septingentesimo trigesimo sexto, ut Apostolicus Visitator facultatibus necessariis, & opportunis instructus per se, record. Clem. PP. XII. Praedecessorem nostrum illuc adlegaretur; qui omnibus inibi perfectis ac mature expensis, praec oculis Deum habens, & ad promovendum Sacrosanctae Catholicae Religionis incrementum dumtaxat intentus, exortas inter Missionarios aliosque controversias & diffidia componeret atque sedaret, inordinationes emendaret, salutaris providentiae ordinem pro recto illorum Christiudelum regimine induceret, ac denique per opportuna decreta (super quibus tamen semper intelligeretur reservata eiusdem Congregationis Cardinalium auctoritas, & dictae Apostolicae Sedis Suprema confirmatio) pristina tranquillitas, concordia, ac praesidium Missionibus illis fere languentibus restitueret firmaretque, Huiusmodi consilio adhaerens idem Clemens Praedecessor, Venerabilem Fratrem Elzearium Franciscum des Achards de la Beaume Episcopum Halicarnasensem, & Pontificio Solio Assistentem, in Civitate nostra Avenionensi natum, & Metropolitanae Ecclesiae Avenionensis Praepositum, in Aposto-

PONT. A. V.

Missiones Cocinchinae varijs agitate diffidit.

Quae nunquam penitus extingui poterunt per Decreta Congreg. de Propag. Fidei.

Mojus consilio, Clem. XII. eo abbas Episcopi Halicarn. Visitator.

ANNO 1744

PONT. A. V.

stolice Concinchinae Visitatorem delegit & ablegavit.

§. 3. Anno itaque MDCCXXXIX. illuc appulsus, ut inuncti numeris partes expleret, vigore facultatum sibi tributarum, post ceptam absolutamque Visitationem Ecclesiarum unicusulique Instituti, nempe Dilectorum Filiorum Presbyterorum Saecularium Seminariorum Missionum ad Exteros Civitatis Parisiensis, Clericorum Regularium Societatis Jesu, Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum Provinciae S. Gregorii Insularum Philippinarum, & Missionariorum ipsius Congregationis Propagandae Fidei, de rebus omnibus, quantum cum Domino potuit, edoctus, edidit Decreta tenoris qui sequitur videlicet.

Et Decreta promulgat.

§. 4. Elzearius Franciscus Des Achards de la Beaume, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Halicarnasensis, Sanctissimi Domini Nostri D. Papae Praelatus Domesticus, Soli Pontifici Assistent, Ecclesiae Metropolitanae Avenionensi Praepositus, & Missionum Cocinchinae, Cambodiae, & Ciampae Visitator Apostolicus specialiter Delegatus. Omnibus Venerabilibus Missionariis in hac Vice laborantibus, salutem. Ea sunt manus Summi Pontificis, & Sacrae Congregationis de Propaganda Fide in decernenda Visitatione Apostolica; ut eradicatis zizanibus, quae in his partibus semen Patrifamilias suscitabant, granum Praedicationis Evangelicae alias & liberos radices ageret, uberesque fructus, qui huiusmodi Ecclesiae boream implerent, deinde produceret. Cum igitur tantum onus numeris nostris, licet imparibus, impositum fuerit, ex quo ad has oras appulsus, nullam non adhibuimus diligentiam, ut ab iis finibus exultantem tranquillitatem reduceremus, Doctus, qui Caritas est, preces & supplicationes offere non cessavimus, ut Plebis suae miseratae, iis, quibus dederat fidem, largiretur & pacem. Jam votis nostris benignus annuit Deus, & cum summa animi nostri voluptate infelices hos Neophytos, qui Diabolus, aut ignorantia deciperat, rediisse ad cor, & praesere omnimodam Ecclesiae, & Pastoribus obedientiam videmus, iam Sacra frequentantur, ac de sua nunc salute solliciti, qui a pluribus annis peccata non deponabant, ad Tribunalia advolant, & alia Ecclesiae Sacramenta petunt ac recipiunt. Sed ad illud gaudium quo ex toto & tam subitis mutationibus repleri sumus, aliud multo majus accessit, vestrae scilicet, Venerabiles Fratres, Nos adjuvandi voluntatis affectio, & servatius exequendi nostra decreta propositum; sic enim Dsi Opus consummabitur, & pia Sacra Congregationis desideria complebuntur. Ut itaque ad optatum finem perveniamus, parquo ista, quae de Celo descendit, firma & stabilis perseveret, Christianique in plures factiones inopertum non scindantur, suoque legitimos cognoscant Pastores, & ut decet reverentiam, sequentia decreta edenda existimavimus, quae sub pena disobedientiae, & alia majori arbitrio Sacrae Congreg. & nostro imponenda, inviolabiliter ab omnibus Vobis servari mandamus, usque dum de iis certior facta eadem Sacra Congreg. aliter statuendum senserit.

Imbet fignorum

§. 5. Primo quidem, cum experientia compertum sit, iurgiorum & dissensionum nos pauca praebere semina, quando diverse Christianitates a suis legitimis non revertuntur Pastoribus, mandamus, ne inopertum aliquis Missionarius cuiuslibet Instituti aut Ordinis, Saecularis, aut Regularis, etiam e Societate Jesu, audeat mittere facem in Messum alienam, sed contentus unusquisque portionis vineae, quae illi contigit, illam accurate excolat.

sevari Ordinem praescriptum a Cong. Prop. Fidei.

§. 6. II. Et quoniam pro bono & incremento harum Missionum Sacra Congregatio usque de anno 1658. Vicarios Apostolicos duxerit deputandos, qui istarum vinearum culture invigilarent, & cum Sociis & Seminario indigenum formarent, volumus, ut Ordo antiquus ab istudem Vicariis Apostolicis institutus omnino observetur.

Missionum limites designat.

§. 7. III. Adhaerentes Sacrae Congregationis decretis, quibus prohibitum est, ne diversis Instituti Missionarii in eodem Districtu se collocent, ut praecipue videtur est in Decreto 26. Julii 1707. dato, ac ne Ordo Ecclesiasticus confundatur, unicusque Gregi iuxta praescriptum Sacri Concilii Tridentini, proprios Pastores, qui suarum quisque ovium curam habeat, attribuendos, ut infra, duximus. Discussi igitur sedulo omnium iuribus, quae variis in Congressibus coram Nobis habitis tam verbo quam scripto Nobis ab unoquo-

que & ab omnibus partibus expressa sunt, decernimus Primo in Provincia Hué, seu Aulac remanent communis, uti hactenus fuit, inter inclitum Parisiense Seminarium, & Venerabilem Jesu Societatem, ita ut RR. DD. Galli suae Residentias, quas possidebant, & adhuc habent in Toparchis Phncam, & Thoduc, pacifice conservarent, unde Christianitatis, seu Populatioibus illis annexis interveniret. Similiter RR. PP. Societatis abque ulla contradictione remanebant in possessione residentibus, quos habent in Kebat; unde quoque Christianitatis ab ipsis dependentibus occurrerent. Sed cum RR. PP. Franciscani, contra tenorem Decreto unius superius allegatorum, a aliquo admissis Ecclesiis & infra n. 4. Gallorum; mandamus, ut spatio octo dierum, post promulgationem nostrorum Decretorum, R. P. Hieronymus a Sanctissima Trinitate, qui memoratam Ecclesiam aperuit in Tho-duc, se recipiat in Ecclesiam Soingua sitam ad Littus Insulae Regis, & quae pertinere dicitur ad Religionem Seraphicam; At vero cum haec Ecclesia Soingua reperitur in Districtu Kebat RR. PP. Jesuitarum, didus P. Hieronymus ibi remanere poterit quoad vixerit, sed illo discedente, vel decedente, nullus alius ex Familia S. Francisci illi sufficiat. II. Decernimus pariter ut Provincia Cham communis administraretur, sicut hactenus consuevit, a RR. DD. Missionariis Gallis, & RR. PP. Jesuitis, & quilibet respectivo in suis Districtibus curam habeat Christianitatis ab ipsis dependentium; quae quidem Christianitates RR. DD. Gallorum incipiunt a Con-ve, & Keta inclitae, usque ad Suum ex parte Boreali; Christianitates autem RR. PP. Societatis incipiunt a Taïto, & Trachien usque ad Caytlam ex parte Australi. Verum cum RR. PP. Franciscani a paucis annis in magno praedictio precipue RR. PP. Jesuitarum semper reclamantium, mandamus ut dictae Christianitati tam RR. PP. Societatis quam RR. DD. Galli restituantur; & R. P. Philippus a Conceptione, qui in Porto Taïto unam aperuit Ecclesiam, quae solum aliquot minutis distat a residentia RR. PP. Societatis, didus R. P. Philippus se recipiat in Ecclesiam Superiorum Chindoa, quae etiam pertinere dicitur ad Religionem Seraphicam, ubi quoad vixerit, si voluerit, remanebit, ita ut illo discedente vel decedente, nullus alius Franciscanus ipsi substituat, sed tota haec Christianitas, vel aliae ad proprios redeant Pastores. III. Examinata summa cum attentione ac diligentia contentione, quae orta est inter RR. PP. Jesuitas circa Provincias Boreales Dinchat, Quamgbinch, & Dingoc, praecedente utraque Parte illarum Provinciarum administrationem ad se pertinere, affirmantibus RR. PP. Jesuitis se eas aperuisse, & aliquot milia Gentilium Sacro Lavacro in iis abluisse; asserentibus et contra RR. DD. Galli sibi ab ipso ingressu DD. Vicariorum Apostolicorum illas Provincias Boreales Dinchat, Quamgbinch, & Dingoc assignatas fuisse ut illas excolerent, ut de facto eas soli ab illo tempore semper excolere, aut per se, aut per Sacerdotes Anamitas suos Alumnos usque ad annum 1719. quo R. P. Moreta Jesuita se in eas Provincias intravit, fabricando Ecclesiam prope alteram RR. DD. Gallorum; Nos considerantes utraque partem aequalibus iuribus rationibus, & super consulentes equitati, quae videtur exigere ut dictae Provinciae Boreales inter Ven. Jesu Societatem, & inclitum Parisiense Seminarium communes remaneret, quandoquidem tam RR. PP. Jesuitae, quam RR. DD. Missionarii Galli in dictis Provincijs Christianitates aperuerunt; & attamen cum RR. DD. Missionarii Galli omnia iura sua Nobis commiserint, & RR. PP. Societatis sint in actuali possessione dictarum Provincialium Dinchat, Quamgbinch, & Dingoc, decernimus pro bono pacis, ut res remaneant in eodem statu, in quo sunt, scilicet a RR. PP. Jesuitarum memoratarum Provincialium Borealium Dinchat, Quamgbinch, & Dingoc Christianitates administrantur. IV. Circa Provincias Quingha, & Quining, cum probatum fuerit, eas, ante RR. PP. Franciscavorum usurpationem, communiter administratas fuisse a RR. DD. Missionariis Gallis, & a RR. PP. Jesuitis, qui adhuc in dictis Provincijs suas habent Ecclesias, decernimus, ut caritas inter haec duo corpora magis ac magis firmetur, ut Provinciae Quingha curam habeant private RR. PP. Je-